

Item dacium mercati de fructibus et de lacte de quo soluitur pro quolibet cisto de herbis et fructibus follar. et de lacte decim. denar.

Item omnes spanditores pellium soluant pro omni centenario medium gross.

Item si aliquis Raguseus emerit picem occasione uendendi eam, soluat pro omni quingo foll. decem.<sup>204)</sup>

**Sacramentum Justiciariorum correctum et compositum tempore Egregij viri domini Nicholai Quirini, honorabilis comitis Ragusij, confirmatum et laudatum per ipsum dominum Comitem et laudum populi in publica concione.**

LVII. Juro ad euangelia sancta dei, quod bona fide et sine fraude et malo ingenio remoto ero studiosus stare et inquirere super omnibus mensuris, ponderibus et modiis tam blauis<sup>205)</sup> quam calcine et omnium aliarum rerum, que mensurantur et ponderantur. Et omni anno faciam rectificari ad minus duabus uicibus omnes mensuras, passus braçollariorum<sup>206)</sup> et omnia pondera. Et faciam quod modus, copel., pondus, starium.<sup>207)</sup> olei et passus stabunt semper in camar lengaria communis, ut cum illis possint rectificari alii modus copella pondera, staria, et passus. Et si plus michi utile uidebitur inquirere bona fide sine fraude, inquiram et rectificari faciam, ut michi melius et utilius apparebit. Similiter et pondera communis de lapidibus faciam rectificari semel in anno, cum illis qui erunt in camar lengaria. Et si aliquas mensuras uel pensas aut passus falsos uel falsas inuenero, quam cito potero domino comiti nunciabo et pro quolibet et qualibet uice pro banno ypp. vnum.

#### LVIII. De mensuris olei.

Item omnes uolentes uendere oleum ad minutum, silicet ad folleratas, debeant habere tales mensuras, quod lucentur follar. VI de libra et non plus computata libra tantum, quantum comunitur ualebit per terram. Et qui contrafecerit, soluat pro banno qualibet uice yperp. vnum.<sup>208)</sup>

#### De passibus braçollariorum.

LIX. Item debeam facere fieri passus braçollariorum bullatos cum bulla communis et teneat, dare ipsos passus omnibus, qui uoluerint habere eos occasione mensurandi pannos uel aliquam drapariam ad expensas illorum qui ipsos uoluerint. Et nulla persona debeat mensurare cum aliquibus passibus,

<sup>204)</sup> Hier folgt eine kleine theilweise unleserliche Bemerkung aus dem fünfzehnten Jahrhundert . . . non . . . captum in minori consilio sub die 21. novembr. 1442 quod. attinet ad ssta.

<sup>205)</sup> Blava blavum, bladum = ital. biada.

<sup>206)</sup> Von βράχα, bracca, femorale, ein Mass, wie bracciaria, franz. brapée.

<sup>207)</sup> Starium, stava, sextarium, sestier. Ein Mass für Flüssiges und Trockenes (Scheffel).

<sup>208)</sup> Randbemerkung: Et quando ualebit libra olei a tribus gross. superioris nullus possit extrahere oleum ex Ragusio per mare. Et si aliquis inuentus extra terram fuerit perdat oleum.